Certamen Mediolanense IV
4 maggio 2024

Prova iuniores

Il De excidio Troiae *è un'operetta risalente al VI secolo d.C., attribuita a Darete Frigio, che avrebbe combattuto fra i Troiani e scritto le sue memorie di testimone oculare. Si tratta di una narrazione insolita delle vicende tramandate dall'epica. Nel primo brano si narra una versione alternativa della caduta di Troia.*

Antenor et Aeneas permultique alii clam conveniunt et dicunt se mirari Priami regis pertinaciam, qui perire malit quam pacem facere. Antenor ait se invenisse quod sibi et aliis in commune proficiat: patriam prodendam esse, sibi et suis cavendum esse, aliquem ad Agamemnonem mittendum esse qui id curet. Mittitur Polydamas, qui in castra hostium noctu pervenit, Agamemnonem convenit et ei dicit quae suis placuerint. Agamemnon omnes duces in consilium convocat, quid cuique videatur dicere imperat. Omnibus placitum est ut fides proditoribus servaretur. Ulixes et Nestor dixerunt se vereri hanc rem subire, Neoptolemus, Achillis filius, eos refutat; dum inter se certant, placitum est Sinonem ad Aeneam et Antenorem mitti, signo a Polydamante accepto. Sinon ad Troiam proficiscitur et, signo dato, vocem Aeneae et Antenoris audiendo confirmatus, Agamemnoni omnia renuntiat. Tunc placitum est ut fides proditoribus daretur et iureiurando confirmaretur ut, si oppidum proxima nocte tradidissent, Antenori et Aeneae aliisque consciis omnibusque parentibus fides servaretur, nec non liberis, coniugibus, consanguineis, amicis, propinquis qui una consenserant sua omnia incolumia habere liceret. Hoc pacto confirmato et iureiurando adstricto, suadet Polydamas Graecis ut noctu exercitum ad portam Scaeam adducant, ubi caput equi sculptum est: ibi dicit praesidia habere Antenorem et Aeneam, exercitui Argivorum portam reseraturos eisque lumen prolaturos; id signum eruptionis fore.

Rispondi sul foglio che ti è stato dato alle seguenti domande, in italiano (max. 3 righe a risposta):

01) Nel testo ritorna più volte il verbo *convenire* (l. 01 *clam conveniunt*; l. 05 *Agamemnonem convenit*). Come lo tradurresti? Cosa sottolinea l'avverbio *clam*, a tuo parere?
02) Che cosa prevede il piano proposto da Antenore a Enea e agli altri Troiani fidati?
03) Sentite le parole di Polidamante, Agamennone convoca l'assemblea dei comandanti greci. Che cosa ordina all'assemblea?
04) Nell'assemblea c'è incertezza sull'impresa: chi ha dei dubbi, chi no?
05) Che cosa decidono i Greci riuniti in assemblea?
06) Perché Sinone può avvicinarsi senza rischi alle mura di Troia? Riporta le esatte parole del testo, e cerca di spiegarle
07) Che cosa viene promesso ai Troiani che hanno contattato Agamennone?
08) In che modo Sinone si convince della buona fede di Polidamante e degli altri Troiani?
09) Come puoi tradurre l'espressione *qui una consenserant* (ll. 13-14)?

10) Nel testo è presente un'interpretazione razionale del mito del cavallo di Troia: che cosa sarebbe, a detta di Darete? Giustifica la risposta citando le parole del testo
11) Qual è il segnale di via libera scelto per dare effetto all'azione pattuita fra i Greci e i nobili Troiani riuniti intorno ad Antenore ed Enea?
12) Il brano, come s'è detto, contraddice la narrazione epica tradizionale. Quali ti sembrano i principi morali (o amorali) che muovono il comportamento dei singoli personaggi?

Il racconto prosegue in questo modo

Postquam Polydamas in oppidum redit, rem peractam narrat Antenori, Aeneae ceterisque quibus placitum erat, dicitque ut suos omnes adducant, noctu Scaeam portam aperiant, lumen ostendant, exercitum Graecorum inducant. Antenor et Aeneas ad portam praesto fuerunt et exercitui hostium portam reseraverunt, deinde lumen ostenderunt, fuga sibi suisque ut esset providerunt. Antenor Neoptolemum in regiam ducit, ubi Troianis positum praesidium erat. Neoptolemus in regiam inruptionem facit, Troianos caedit, Priamum ante aram Iovis obtruncat. Hecuba, Priami uxor, dum fugit cum Polyxena filia sua, Aeneae occurrit: Polyxenam tradit ei, quam Aeneas ad patrem Anchisen abscondit. Tota nocte non cessant Argivi urbem devastare praedasque facere. Postquam dies inluxit, Agamemnon universos duces in arce convocat, diis gratias agit, exercitum conlaudat, omnem praedam iubet in medio reponendam, quam cum omnibus partitus est simulque consulit exercitum an placeat Antenori et Aeneae et his qui una patriam prodiderint fidem servari. Exercitus totus conclamat placere sibi.

Scegli la risposta che ti sembra corretta:

1) Antenor Aeneasque hostes procul a moenibus primo tenuerunt, mox aliter eis visum est et portam aperuerunt

□ Verum □ Falsum

2) In regia praesidium Troianorum positum erat (ll. 05-06), id est multi aderant…
□ insidiatores
□ adiutores
□ auxiliatores
□ custodes

3) Neoptolemus Priamum ante aram Iovis obtruncat (ll. 06-07), id est eum…
□ cadit
□ caedit
□ laedit
□ vulnerat

4) Quid significat *occurrere* in hac narratione (l. 07: *Hecuba… Aeneae occurrit*)?
□ auxilio venire
□ obviam ire
□ memoriam habere
□ se opponere

5) Polyxena, Anchisae auxilio, occultatur in regia.

□ Verum □ Falsum

6) Agamemnon universos duces in arce convocat (ll. 09-10), hoc est eos adducit…

□ in castra
□ in oppidum
□ in municipium
□ in regiam

7) Quid significat *consulere* in hac narratione (l. 11 *simulque consulit exercitum*)?

□ suadere
□ quaerere
□ petere
□ demonstrare

8) Graeci Antenori et Aeneae aliisque proditoribus *fidem servant* (l. 12). Quid servant eis?

□ iura
□ mos maiorum
□ oboedentia
□ promissa

Ecco una parafrasi del testo che hai appena letto. Inserisci negli spazi vuoti una delle parole indicate subito sotto (indica il numero corrispondente; non ci sono spazi da lasciare vuoti):

Polydamas in urbem redit et pacta ___________. Aeneas ceterique qui consilium approbaverunt advocantur, ut suos omnes ad portas ducant, noctu ___________ patefaciant, lumen ostendant et exercitum Graecorum introducant. Antenor et Aeneas ipsi noctu ad portas ___________et Neoptolemum accipiunt. Portas aperiunt hostibus, ___________ attollunt, protectionem sibi ac sociis ___________. Antenor Neoptolemum ad regiam ___________, ubi ille irruptionem ___________, Troianos qui illic erant necat, Priamum ante Iovis aram trucidat. Hecuba et Polyxena dum ___________, Aeneam vident ac regina ei filiam tradit, ut illam ex conspectu Graecorum abdat. Argivi totam noctem praedam faciunt et omnia ___________ urbis devastant; postquam dies inluxit, Agamemnon duces convocat, diis gratias agit, exercitum laudat, ___________ ab hostibus capta in medio reponi iubet ut distribuantur et ___________ exercitum utrum placeat proditoribus Troianis fidem servari necne. Omnes milites valde ___________ consilium et magna voce hoc probant.

001 bona	**002** domicilia	**003** faces	**004** fores
005 consulit	**006** ducit	**007** facit	**008** renuntiat
009 adsunt	**010** fugiunt	**011** laudant	**012** postulant

E ora l'ultima parte del racconto

Itaque, convocatis omnibus, sua omnia Agamemnon reddit. Antenor illum rogat ut sibi loqui liceat: Agamemnon dicere iubet. Ille omnibus Graecis gratias agit simulque commemorat Helenum pacem semper Priamo suasisse, suasuque Heleni Achillem sepulturae redditum fuisse. Agamemnon ex consilii sententia Heleno libertatem reddit. Helenus pro Hecuba Agamemnonem deprecatur commemoratque semper ab ea se esse dilectum. Etiam illi

libertas concessa est. Interea praedam omnem exercitui ut decuit Agamemnon divisit, diis gratias egit, hostias immolavit. Quinta die domum reverti Graeci constituunt.

Rispondi alle seguenti domande in italiano (max. 3 righe a risposta):

1) L'autore, quando Antenore chiede la parola, usa il verbo *rogare* (l. 01): sapresti spiegare il perché?
2) Che figura retorica individui in *suasisse*… *suasu Heleni*? Trasforma l'espressione *suasu Heleni* (ll. 03-04) in un'altra costruzione che ne mantenga intatto il significato.
3) Che cosa significa *diligere* (l. 05 *esse dilectum*)? Che tipo di affetto viene espresso da questo termine?
4) Con quali argomentazioni Antenore riesce a convincere Agamennone a risparmiare la vita a Eleno e a Ecuba, e a concedere loro la libertà?
5) Dopo la lettura complessiva dei tre brani, possiamo riprendere in mano la risposta che hai dato alla domanda 12 del brano 1. Terminato il racconto, quali giudizi modificheresti? E quali giudizi pensi di poter dare dei nuovi personaggi apparsi nella vicenda?

Scrivi sul foglio che ti è stato dato una didascalia latina per le immagini che seguono:

IMAGO PRIMA

(Antonio Canova, *Neottolemo e Priamo*, Roma, Villa Torlonia)

IMAGO ALTERA

(Stabia [NA] – caricatura di Enea, Ascanio e Anchise in fuga da Troia, effigiati con muso di cane)